77

Anno domini ab incarnatione millesimo ducentesimo vigesimo octavo, indictione
prima, die tercio intrante aprili, in villa Sancte Crucis Cremone. Presentibus Ottoni
Paciebenini, Bocchorio, Ugonis Bellasolis et Petri de Babba et Nigri de Para
saca testibus ibi rogatis. Datum nomine venditionis ad proprium allodium fecit Albertus Baceus
de villa Sancte Crucis in Capello de Aganello suo nomine et nomine caritatis recipiente
nominatim de pecia una de terra partim aratoria et partim vidata sui iuris et de decima ipsius
terre et de via una, una via publica usque ad dictam terram ampla ut determinata est ab uno
quoque capite quam viam non debet laborari nec alterari ab aliquo cum iure vie vici-
nalis eundi et redeundi totiens quotiens ei necesse fuerit que via est determinata a late-
ribus dicte terre cum pedibus et carris et cum omnibus suis utilitatibus. Que pecia terre iacet
in clausis Cremone prope strata Sancti Petri et Rodeim (?) et Sanctos Simonem et Iudam in
Vithalogo; que pecia terre est per mensuram iusta pertice septem. Coheret ei a duabus par-
tibus via vicinalis, ab alia Albertus Baceus, ab alia Panicii et ecclesia Sancte
Trinitatis, sive alie sunt ibi coherentes. Ita ut dictus Capellus et dicta caritas
et sui successores et quibus ipsi dederint habeant et teneant istam peciam terre et dictam
decimam cum dicta via, faciant exinde omnis una cum accessionibus et ingressionibus
seu cum superioribus et inferioribus suis quicquid voluerint iure proprietario nomine sine
alicuius contradictione. Et insuper iste Albertus promisit per se et per suos heredes isto Ca-
pello stipulanti suo nomine et nomine dicte caritatis suisque successoribus et quibus ipsi
dederint istam peciam terre et dictam decimam ab omni homine defendere et expedire
suis propriis expensis sicut pro tempore fuerit meliorata aut valuerit sub extimatio-
ne in consimili loco in duplum. Et Carecosa uxor dicti venditoris et
Nigra eius nurus ipso consentiente renuntiaverunt in dicto Capello omni
suo iuri pignoris ut ypothece seu quarte aut donationis ut iudicatis (?)
et dotis et omni alii iuri quod habebat in ista terra aliquo modo et dictus
Albertus promisit isto Capello stipulanti facere habere dictam Nigram
nurum suam et sui heredes et quibus dederint semper et omni tempore firmam et stabi-
lem dictam renuntiationem sub pena dupli dampni et expensis. Et pro precio huius
venditionis confessus fuit iste Albertus accepisse ab isto Capello precium
nomine istius pecie terre bonorum denariorum ad rationem imperialium libras viginti duas
et solidos quindecim, renuntiando omni exceptioni non dati et numerati sibi iusti
precii et quod non dicere omnia esse vendita minus re dimidium iusti precii ut quod plus va-
leret iusto precio. Insuper quoque iste venditor dedit cessit atque mandavit isto
Capello suo nomine et nomine dicte caritatis omnia iura omnesque actiones et ratio-
nes et defensiones reales et personales utiles et directas quas quas ipse
habebat vel sibi competebat nomine vel occasione dicte terre et decime et fecit
eum procuratorem in suam rem et precepit ei ut intraret tenutam de omnibus suo nomine
et nomine dicte caritatis. Et sub eisdem penis stipulationibus sub[...] fide-
iussit pro isto Alberto Gilbertonus de Riboldo pistore de ista vicinia, renun-
tiando omni exceptioni fideiussionis in hoc nominatim iuri novo constitutionis et omni
alii iuri in hoc eum adiuvanti. Et debet iste Capellus habere in se toto tempore
vite sue omnes fructus qui exierint de omnibus sine alicuius contradictione et iste Capellus de-
bet dare viam per dicta terra isto Alberto a via dicta vicinali usque ad terram
istius Alberti que est inter istam terram et Albertonum Petenarium eundi et redeundi cum pedi-
bus et carris et omnibus utilitatibus suis ad minus dampnum quod potuit ibi ubi statu-
ta est sine alicuius contradictione.

Marleo 2 (79)

Ego Egidius de Madio sacri palatii notarius interfui rogatus et hanc cartam scripsi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1752972236-19/fragment/page=1

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo uigesimo octauo indictione
prima die tercio intrante aprili in uico sancte crucis cremone presentibus ottoni
pacie et bernini bocchorum et ugonis bellassolis et pont de babbas nigri de para
facta(?) testium ibi rogatorum. datum nomine uendicionis ad proprium allodium fecit albertus bacce
sacca(?) ... ibi rogat. datu noie uedicioīs ad ppu allodiu fec albtus bacc
de uie sancte crucis in capello de aganello suo nomine et nomine caritatis recipienti
nominati de pecia una terre partim aratorie et partim uidata sui iuris de decima ipsi
terre de uia una ama publica usque ad dictam terram ampla ut determinata est ab u
noquoque capite quia non debet laborari nec attingi ab aliquo cum iure uie uici
nalis eundi et reddeundi totiens quotiens ei necesse fuit que uia est determinata a latte
ribus dicte terre cum pedibus et carris et cum omnibus suis utilitatibus. que pecia terre iace
in clausis cremone prope strata sancti petri et rodanum secus simonem et uidam in
uitthalogo que pecia terre est per mensuram iusta perticē septe coherent ei a duabus par
tibus uia uicinalis. ab alia albertus baccus ab alia panieri et secta seo
tirittis si non alio sunt ibi coherentie. Ita ut dictus capellus et dicta caritas
et sui successores quibus ipsi dederint habeant et teneant istam peciam terre et dicta
decima cum dicta uia faciant exinde quicquid uoluerint una cum accessionibus et ingressionibus
seu cum superioribus et inferioribus suis quicquid uoluerint iure proprietario nomine sine
alicuius contradicione. Et insuper iste albertus promisit per se et per suos heredes isto ca
pello stipulanti suo nomine et nomine dicte caritatis suisque successoribus et quibus ipsi
dederint istam peciam terre et dicta decima ab omni homine defendere et expedire
suis propriis expensis sicut pro tempore fuit meliorata aut ualuerit sub extimatio
ne in consimili loco in duplum. Et carecosa uxor dicti uenditoris et
nigra ei nurus ipso consentiente renuntiauerunt in dicto capello ei
suo iure pignoris ut ypothece seu quarte aut donationis ut iudicati
et dotis et omni alii iuri quod habebat in ista terra aliquo modo et dictus
albertus promisit isto capello stipulanti facere habere dicta nigra
nurum suam et sui heredes et quibus dederint semper et omni tempore firmam stabi
lo dicta renuntiatione sub pena dupli dampni et expensis etc. Et propter hac
uendicione confessus fuit iste albertus accepisse a isto capello pretium
nomine istius pecie terre bonorum denariorum ad rationem in presentiarum libras uigintiduas
et solidos quindecim et renuntiauit omni exceptioni non dati et numerati sibi iusti
pretii et quod non dicet omnia esse uendita minus dimidium iusti pretii ut quod plus
pretii et quod non dicet ... Insuper quod iste uenditor dedit cessit atque mandauit isto
lerot iusto pretio. Insuper quod iste uenditor dedit cessit atque mandauit isto
capello suo nomine et nomine dicte caritatis omnia iura omnesque actiones et ratio
nes et defensiones reales et personales utiles et directas quas et quas ipse
habebat ut sibi competebat nomine ut occasione dicte terre et decime et fecit
eum procuratorem in suam rem et precepit ei ut intraret tenutam de eis suo nomine
et nomine dicte caritatis. Et sub eisdem penis stipulationibus. Et de predictis fid
iussit pro isto alberto albertonus de riboldo pistore de ista uicinia renun
tiando omni exceptioni fideiussionis in hoc nominati iuri nouo constitutionis et omni
alii iuri in hoc ad iuuandum debet iste capellus habere in se toto tempore
uite suo omnes fructus quos exierint de ea sine alicuius contradictione et iste capellus de
bet dare uiam per dicta terra isto alberto a uia dicta uicinali usque ad terram
ista alberti que est inter istam terram et albertonum petonarium eundi et reddeundi cum pedi
bus et carris et omnibus utilitatibus suis ad minus dampnum quod potuit ibi ubi statu
ta est sine alicuius contradictione

Morleo 2 (79)

Ego egidius de madio sacri palatii notarius interfui rogatus hanc cartam scripsi